Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>

Idcirco H. uirginem putant vestam: quia ignis inuiolabile est elementum.
nihilq; nasci posse ex eo. Quippe qui omnia: quae ampuerit: absumat:-
Ouidius in fastis: Nec tu aliud vestam: quam uiuam intellege flammam.
Nataq; de flamma corpora nulla uides: iure igitur uirgo est. quae semina
nulla remittit: Hec capit. & comites uirginitatis amat: Vulcano quoq;
id potuit ascribi: qui quidem putatur ignis: & tamen eum poetae nō abscide
runt: Potuit & soli in quo est natura & causa gignentium. Nam sine solis
igneo calore neq; nasci quicq; neq; augeri pōt: ut nulli alij elemento magis
opus sit genitalibus: q; calori: cuius foetu concipiuntur. nascuntur. sustentantur omnia. postremo & si ita sit: ut uidimur. qui magis abscisum caelo putemus: q; omnino sine genitalibus natum: Nam sip se gignit: non indigebit utq; genitalibus: cum saturnum ipsum procreat &: Si vero habuit & a filio abscisa sunt: ortus verum & natura omnis interiit &: Quid q; ip si saturno non diuinum modo sensum: sed humanum quoq; adimunt: cū affirmant eum esse saturnum: qui cursum & conuersionem siderum & tpum continet: cumq; graece id ipsum nomen habet: χρόνος. H. chronos qui est idem χρόνος. id est spatium temporis: Saturnus autem est appellatus: q; saturetur animus. Hec Ciceronis verba sunt exponentis sententias stoicorum: quae q; vana sit. cuius intelligere promptissimū est: Si H. saturnus caeli est filius quō potuit. aut tempus e caelo gigni. aut caedum a patre abscindi. aut postea tempus impio spolian a filio iouis. aut quō supplinatus ex tempore est: aut quibus animis saturan posset aeternitas: cui nullus est finis:-

Si ergo vanae sunt istae rationes philosophorum: quid superest: nisi ut ve
re factum esse credamus: id est hominem abscisum: nisi forte
aliquis existimat deum fuisse: qui timuit coheredem cū sig
diuinitatis habuisset & non patris genitalia debuerit amputare: sed p
pria. ne suppiter nasceretur: qui eum regni possione priuarent: Idem
sororem suam ream. quam latine opem dicimus: cum haberet uxorem
ruso veteris esse dicitur mares liberos educare: quod futurum esset: ut
a filio pelleretur: Quam rem metuens uarios sibi filios non utq; deuo
rabat: ut ferunt fabulae: sed necabat: Q; q; scriptum sit in historia sacra.
Saturnum & opem caeterosq; tunc homines humanam carnem solitos
esitare: Verum primum iouem legesq; hominibus moresq; condentem edic
to prohibuisse: ne liceret eo cibo uesci: quod si verum est: quae pōt in eo fu
isse iusticia: Sed fictum sane putemus Saturnum filios deuorasse: nō
cum aliqua ratione: non idcirco: quod aut uulgus comedisse filios suos